

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio CXXIII. Ecclesiam Parochialem esse exemptam à jurisdictione  
Ordinarii, & esse de mensa Abbatiæ per signa & argumenta demonstrari  
sufficit; & quæ sint illa signa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

ad S.M. Greg. decis. 77. num. 12. in fin. & in Lucana Cappellania 1. Iuli 1650. coram bon. mem. Buhio. verf. ita ut nec relevat, & in specie quod non sit attendenda provisio Ordinariorum ad effectum mutandi statum Beneficii, ex quo ad id potestate ca-

rent, notatur in cap. cùm de beneficio de prob. in 6. Felic. in cap. in nostranu. 4. de re-  
ser. pt. Rota dec. 163 num. 4. par. 1. recent. Merlin. dec. 88. num. fin. Et multò minus  
in praesenti, dum indultum Apostolicum, in quo decernitur, exemptio habet  
clausulam seblatam, & decretum irritans, per quas inficitur quævis contraria ob-  
servantia, & possesso. Franck. in C. cùm de beneficio num. 4. de probend. in 6. coram  
Coccino. decis. 51. num. 21. & decis. 142. num. 4. par. 2. recent.

Ex quibus ut supra fuit resolutum constare de bono jure Eminentissimi Com-  
mendatarii utraque parte informante, &c.

## DECISIO CXXIII.

Ecclesiam Parochiale esse exemptam à jurisdictione  
Ordinarii, & esse de mensa Abbatiae per signa  
& argumenta demonstrari sufficit; & quæ sint  
illa signa.

R.P.D. PRIOLO.

Senogallien. Parochialis.

Deciso 197.  
par. 14 v. 8.  
sens.

Veneris 6. Iuli 1664.

S U M M A R I U M;

- 1 Castrum senti effectus ad Monasterium,  
ut quoque presumitur Ecclesia in  
ipso sita.
- 2 Nomina Recloris, & Vicarii uti sy-  
nonime variantur, & promiscue  
ponuntur.
- 3 Unio ex enunciatis ante censem annos,  
& ultra sufficienter probatur.
- 4 Enunciativa emanata à personis sub-  
iectis concurrentibus administrulis &  
conjecturis bene probant.
- 5 Ecclesiam Parochiale esse de mensa  
Abba-

- Abbatia ex quibus iustificetur.*
- 6 Ecclesiam Parochialem exemptam esse  
à jurisdictione Ordinarii, & esse  
de mensa Abbatiae persigna &  
argumenta demonstrari sufficit.
- 7 Beneficii natura non alteratur per pro-  
visionem Apostolicam.
- 8 Ecclesia Regularis secularizata reti-  
net omnia iura antea sibi compe-  
tentia.
- 9 Concilium Tridentinum sess. 7. cap. 6.  
& sess. 25. cap. 9. de reformatione
- quid mandet; & quomodo intelli-  
gendum.
- 10 Collatio Beneficii facta per errorem non  
praejudicat habentis ius ad Collationem.
- 11 Uno non excluditur per visitationem  
Episcopi cum fieri posuerit jure de-  
legato ex auctoritate ejusdem Con-  
ciliis concessâ Ordinariis in Ecclesiis  
Monasterio subjectis.
- 12 Ecclesia unita Monasterio est exempta  
à jurisdictione Ordinarii, & potest  
ab eis concursu conferri per Abbatem.

**A**D Ecclesiam Parochialem S. Petri Castris Leonis Eminent. D. Cardinalis Bar-  
berinus Abbas & Commendatarius Monasterii S. Laurentii in campo tanquam  
sua Abbatiae annexam & unitam nominavit & instituit D. Aemilium Amato-  
rium; Ordinarius verò prævio concursu D. Bartholomeum Polydorum. Unde orta  
super hoc controversia, & causa in Rota coram me introducta dedi dubium ad quem  
spectaret ius conferendi, & DD. responderunt illud spectare ad Eminent. D. Cardi-  
nalem Commendatarium.

Exitit enim Ecclesia præfata in Castro Leonis, quod una cum Territorio spe-  
rat ad Monasterium, nec non fuit expressè reservata ad favorem ipsius Monasterii in  
concessione ejusdem Castris per Abbatem factâ Rainaldo usq; de anno 1303. unde  
sicuti Castrum spectat ad Monasterium, ita quoque præsumitur Ecclesia. *Gloss. in*  
*cap. de Monachis verb. proveniibus vers. si vero donatarius de proband. Rota decis. 102.*  
*num. 2. par. 1. rec. & decis. 204. eod. num. par. 2. recent.*

Quæ præsumptio invalecit ex eo, quod Abbates pro tempore ab anno 1450. usque  
ad annum 1513. præviderunt de dicta Parochiali ab eis concursu tanquam unitâ, seu de  
membris Abbatia, ex quibus provisionibus non videtur in dubium revocanda talis  
unio, etiamsi provisi vocati fuerint Rectores, non Vicarii; nam ista nomina uti syno-  
nimia variantur & promiscue ponuntur. *Glos. in Clem. 1. §. nonnulli verb. Rectoribus ubi*  
*Vitalin. n. 35. de excess. Prelat. Rot. d. decis. 102. n. 1. par. 1. & d. decis. 204. n. 6. par. 2. & de-*  
*cis. 58. n. 4. par. 4. tom. 2. & decis. 16. n. 4. par. 6. & coram Merlino decis. 95. n. 4. & decis.*  
*625. n. 3. & in Pampilo. Vicarie 4. Mariu prateri. §. altera verò corā R. P. D. meo Verospio.*

Praesertim quia in instrumentis earundem provisionum expressè dicitur, quod  
ad Abbatem Monasterii S. Laurentii spectat instituire & destituere, visitare, corriger  
& confirmare, & insuper in instrumento anni 1504. quod Ecclesia regi confueverat per  
Presbyteros seculares ad nutum Abbatis amovibiles, quæ verba enunciant virtualiter

R. 11. 3

unio-

3 unionem, quam ex enunciati vis hujusmodi ultra centum annos sufficienter probati tradit *Garcia de benefic.* par. 2. cap. 2. num. 256. *Rota coram Merlino decif. 95.* num. 1. Quamvis illæ habuerint Originem ab eisdem Abbatibus, quia concurrentibus admissis 4 nunculis & conjecturis probant, ut respondit *Rota in Perusina beneficis* 10. Februario 1648 §. ex pluribus coram bon. mem. *Bickio.*

Et demum ex actibus jurisdictionibus, quos Abbates exercuerunt in Ecclesiis, & Rectores & Clericos illius, eosdem inquirendo, excommunicando & absolvendo, nec non ex interventu Rectoris Synodo Abbatali, cum recognitione eius ex Rectoribus facta usque de anno 1580. quod ista Parochialis erat de membris Abbataria ad Collationem Abbatis, aliquique deductis ab informantibus; ex quibus omnibus justificatur hanc Parochiale esse de mensa Abbatis & eique pleno jure subiectam, quod etiam persigna, & argumenta demonstrari sufficit. *Rota coram Seraph. decif. 1304.* num. 1. vers. comprobatur. & in rec. dec. 102. num. 2. par. 1. & decif. 204. eod. num. par. 2. & coram Merlin. decif. 625. num. 2. & in nullius seu Sancti Severini Parochialis, 12. Ianuarii 1660. coram R.P.D. meo Bevilacqua, & in d. Pamphiloneus Vicaria 3. Martii proximi præterito coram R.P.D. meo Verofio.

Non obstat, quod ab anno 1513. nunquam deinceps Collatio fuerit facta ab Abbatis, nam satis est, quod nec minus facta fuerit ab Ordinario, vel alio, præterquam à Sede Apostolica, per cuius provisionem non alteratur prima & natura ipsius Beneficii, jam quæ sita Monasterio, & Abbatis in statu Regulari fuit translata in eandem Abbatiā secularizata, ut expressè cautum fuit ex secularizatione, quod est etiam conforme dispositioni juris communis, tum quia Ecclesia Regularis

8 secularizata retinet omnia jura antea sibi competentia ex nos, per prob. ad Monach. in cap. cum de benef. de Prabend. lib. 6. Abb. in cap. 2. sub nu. 9. de Cappell. Monach.

Nec refert, quod Concilium Tridentinum mandet uniones ab Ordinariis revideri, ideoque vis fieri non possit in visitationibus, & Collationibus prefatis, quæ sunt ante Concilium, quia Concilium providit in unionibus factis à quadraginta annis antea, quæ presumuntur solenniter factæ, ut in sess. 7. cap. 6. & sess. 25. cap. 9. vers. qua verò à 40. annis deregulari. & dixit Rota decif. 4. num. 4. par. 2. recent.

Minimve refert, quod una ex Collationibus Pontificis videlicet lan. mem. 10 Clementis VIII. legatur facta prævio concursum, quia dum ex prefatis constat Parochiale esse unitam, seu de membris, & pertinentiis Monasteris illa non nocet, nec præjudicat, & censetur facta per errorem. *Rota decif. 580.* num. 14. & seqq. par. 9. recent.

Et licet Episcopi Parochiale hanc aliquando visitaverint, hoc tamen non excludit unionem, quia cum visitationes sint post Concilium, fieri potuerunt iure delegato ex auctoritate ejusdem Concilii concessa. Ordinariis in Ecclesiis subjectis Monasterio, ut in sess. 20. cap. 8. deregulari. *Rota in supra citata Pamphiloneus. Vicaria 3.*

ria 3. Martii proximi præteriti, §. hanc verò unionem coram R.P.D. meo Verofio.  
Stante igitur unione præfata indubitatum est, Ecclesiam, de qua agitur, esse ex-  
emptam à iurisdictione Ordinarii, & jus illam conferendi, spectare ad Eminentissi-  
mum Abbatem, & Comendatarium absque alio concursu, ut declarat Gonz. de reg.  
Cancell. gloss. 23. num. 21. Lother. dere benef. lib. 2. quæst. 21. num. 139. Rota coram. E-  
minentissimo Otibob. decif. 125. num. 1. Et in nullius, seu Sancti Severini Parochialis,  
12. Ianuarii 1660. coram R.P.D. meo Bevilaqua.

Et ita utraque parte informante, &c.

Ad Quæst. 21. Part. 5.

## DECISIO CXXIV.

Episcopus potest in qualibet Ecclesia suæ Dioecesis,  
quamvis Regulari & exemptâ celebrare divina  
officia.

R. P. D. P E G N A.

Mediolanen. Jurisdictionis.

Veneris 30. Ianuarii 1609.

Decisio 238.  
Part. 2. recent.

S U M M A R I U M.

- 1 Manutentio debet dari ei qui possidet vina etiam in Ecclesiis exemptis,  
de tempore litis. & num. 4.  
2 Consuetudo habens assentiam juris debet attendi. 5 Testes plures numero & digniores aliis  
3 Episcopus potest celebrare officia Di- preferuntur.

Intro-